Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9191
Copyright: Melk, Benediktinerstift



40

ipse mandauit & creata sunt. Dominus
dissipat consilia gentium: reprobat autem
cogitaciones principum. Consilium autem domini
in eternum manet: cogitaciones cordis eius
in generacionem & generationem. Beata
gens cuius dominus deus eius. populus quem
elegit in hereditatem sibi. De celo respexit
dominus: uidit omnes filios hominum.
De preparato habitaculo suo: respexit
super omnes qui habitant terram. Qui
finxit sigillatim corda eorum: qui intelligit
omnia opa eorum. Non saluatur rex per
multam uirtutem: & gigas non saluabi
tur in multitudine uirtutis sue. Fallax
equus ad salutem: in abundancia autem
uirtutis sue non saluabitur. Ecce oculi
dni super metuentes eum: & in eis qui spe
rant super misericordia eius. Et eruat anim